



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

11 Vouens religionem, & castitatem si principaliter intendebat religionem intrare, liberatus a voto religionis, est etiam a voto castitatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

fit, nec ad religionem intrandam obligatus, eo quod nec eam intrare promissit, nec Prior, & Confessarius potestatem incorporandi illum suæ religioni habebant, quod tamen necessarium est, ut quis religiosus esse possit, cap. ad Apostolicam, de regul. ad vota tamen illa seruanda tanquam simplicia tenentur, ita ut castitatem ex duplici voto, tã Sacerdotali, quam castitatis paupertatem etiam ex eodem voto, obedientiam vero ex nullo seruare tenentur; Quia illud non fuit legitime acceptatum ab ordine, aut conuentu post annum probationis, prout Concilium Tridentinũ sess. 25. c. 15. de reg. requirit: neciple animum obligandi se Episcopo, vel alij Prælato habuit, plulquam ante votum obligabatur.

## DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 6.

10 **Q**ui scrupulis diuersis rebus secularibus natis agitur proponit intrare religionem certam, aut dicitur *Promitto non mori in seculo*: nec virtute talis propositi, aut rigore verborum, quæ dixit, votum religionis emisisse censetur: quia proponere etiam si missime intrare certam religionem, non est vouere; ex S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 1. & 2. Nau. in Man. c. 12. num. 24. & verba prolata, scilicet non velle mori in seculo, non autem religionis ingressum, significant.

## DECISIO XI.

Ex conf. 11. deest in Nonis.

11 **C**um votum ab intentione vouentis expressa, vel tacita pendeat, qui principaliter vult vouere castitatem & accessorie religionem, ut facilius eam in illa seruet, castitatem tenetur, etiam si ab intranda religione excusetur; sicut etiam qui principaliter vult religionem vouere, & veluti accessorie castitatem, quam facilius in religione seruare possit: a voto religionis liberatus, etiam & a voto castitatis liber erit; eo quod accessorium sui principalis naturam sequitur, c. Accessorium, de reg. iur. in 6.

## DECISIO XII.

Ex conf. 12. alias 27.

12 **V**ouens intrare religionem Capucinatorum, vel cuiusdam particulari Hospitali seruire; si a Capucinis recipi non possit, ad seruicium præfati Hospitali tenetur, quia qui promittit duo alternativè, alterum eorum adimplere tenetur. c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. & aliam Religionem intrando peccat: eo quod illud quod Hospitali debebat, ita soluit alteri, ut fiat inhabilis ad soluendum quod debuit Hospitali solutus autem vni, quod alteri debet, peccat; c. ea te. de iure iur. facta tamen professio in illa religione valida erit.

## DECISIO XIII.

Ex conf. 13. alias 16.

13 **M**ater de legitimis filiæ Monasterium ingressæ, & renunciantis legitimis eius, & patris, quas in bonis eorum habere sperabat, Monasterium ædificate vouens ad votum illud implendum non tenetur, quia filii licet viventibus parentibus, spem succedendi in bonis paternis post eorum obitum habeant, antea tamen nihil iuris in eis habere possunt, l. 1. §. si impuberi, ff. de coll. bon. Ideoque per renunciationem filiæ ante mortem patris, nihil patri, aut matri eius acquiritur nisi sola libertas testandi de bonis suis inter reliquos filios, & filias, perinde ac si ipsa filia eius nõ fuisset. Couar. in C. quamvis pactum, de pact. in 6. Et si quid ex illa legitimarum patris renunciatio ne acquiri possit, de illa pater non mater disponere valet: vnde consequenter votum a matre emissum de legitima filiæ ante obitum patris sic renunciata, tanquam de nihilo factum, nullum & irritum censendum est.

## DECISIO XIV.

Ex conf. 14. alias 55. de Regularib.

14 **Q**ui semel vouit non transire ad regulam arctiorem, postea ad aliam Religionem, quæ & constitutione suæ religionis, & concessione Apostolica est strictior, &

concessione Apostolica est strictior, & suæ naturæ, & conditioni aptior, & ad seruicium Deo opportunior, non obitante voto illo licite transire potest. Sicut enim votum de non intranda religione nihil vouenti ad illam intrandam obstat, quia maioris boni impeditum est; Arg. c. fi. 2. 2. q. 4. & probat. S. Th. 2. 2. q. 88. artic. 2. ita nec votum de non intranda arctiori religione, vouenti ad illam intrandam, tanquam maioris boni impeditum, obstat. & proinde post petitam licet non obstantiam a superiore licentiam, c. Virgines, 2. 0. q. 4. c. licet, de regul. illam licite intrare potest.

## DECISIO XV.

15 **R**egularis cum incapax omnino Domini, & possessionis sit, etiam sui Breuiarii, nec aliquid sibi, cui nomine suo acquirere potest, sed quicquid acquirit quomodo cunque siue per contractum, siue per vltimam voluntatem, siue per industriam, siue iussu siue iniussu Prælati, Deo Ecclesiæ, & suo Monasterio, ubi est professus, acquirit, & etiã quæ sita per eum ante probationem, & nondum in alium legitime translata, per professionem, in Religionem, vel Monasterium, quibus se dicat, transfert, Auth. ingressi, C. de sacros. eccl. & c. in præsentia, de proba. & c. 2. de test. & c. 2. & c. cum ad monasterium §. si de sta. monach. C. sequenter transiens ab vna religione ad aliam, nihil eorũ, quæ in priori religione, vel Monasterio habebat, nisi vestes & scripta sua, quæ primæ religioni suæ inuicilia essent, & alia, quorum delationem probabiliter crederet Prælati suo non fore ingratam ad secundam illa secum transferre potest: reliqua vero minime nisi relictis originalibus vel eorum copijs, per quas fieret ne delatio eorũ esset religioni damnosa.

## DECISIO XVI.

Ex conf. 15. alias 45. de regul.

16 **P**roponens firmiter certam religionem intrare, eam, que intrans, sed post undecim menses eam egressus, & sicet aliam intrans animo non faciendi professionem, in qua per undecim menses mansit nulla expressa professione facta, & eam postea sine licentia egressus, & a superiore captus, & habitu spoliatus, neque votum aliquod religionis fecisse, neque religiosus censendus est sed neque religionem aliquam intrare tenetur. Quia propositum intrandi religionem etiam firmiter conceptum, votum obligatorium non inducit, ita S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 1. ex Nau. in Man. c. 12. nu. & etiam si voluisset, illud tamen satis intrando religionem 24. ibique per tot menses manendo impleuit, cum votum de intranda religione per introitum adimpletum cessatur, licet professionem non faciat ex S. Th. 2. 2. q. 189. ar. 4. Neque tacite professus est, qui sicet religionem ingressus etiam post undecim menses eijcitur, & habitu a Superiore illius spoliatur, Arg. c. humana iures, 2. 2. q. 5. & c. tua, de sponsal.

## DECISIO XVII.

Ex conf. 16. alias 36.

17 **C**um ludus triplex sit, honestus, recreationis gratia factus, & venialiter malus, & malus mortaliter, ex S. Th. 2. 2. q. 168. ar. 3. & 9. ex N. in M. c. 2. 0. Quævis votum de non ludendo ludo honesto non obligat, eo quod est contra bonos mores, Arg. c. in malis, 2. 2. q. 4. & cap. nõ est obligatorium, de reg. iur. in 6. votum autem de non ludendo ludo venialiter, aut mortaliter malo, vouentem obligat, & bonũ est, sicut nõ votum peccandi venialiter, aut mortaliter, malum est, c. si aliquid, ita etiam votum de non peccando venialiter certo aliquo genere peccati, aut mortaliter, est bonum, iusta tamẽ de causa, ea, si quis uoues est nobilis, & ueretur se non seruaturũ uotũ in exercitiis, uel Curia, ubi uiuit, & magna est ludendi occasio, & consuetudo inter homines sui itatus, & ordinis, a Papa ab obligatione uoti absolui potest, & in bonũ maius, uel æque bonũ commutari. Quia sicut Pœnitentaria admittitur solet pro iusta causa, uel pro parte causæ dispensandi super uoto castitatis, eo quod qui, uel quæ uouet ualde urgeretur & grauius stimulis carnis ad fornicandũ, & uoues perinde fornicatur, ac si uotũ castitatis nõ emisisset, quia humilioris conditione trahit a maiori peccato ad minus & peccatum hoc tari